

H. 38, 8.

(X2019013)

Yc
4597

LIPSIA LIBERATA
SERENISSIMI ELECTORIS
SAXONIÆ, &c.
AUSPICIIIS, ET VIRTUTE
NOBILISSIMA AC PER QUAM
STRENUA
AUGUSTI ADOLPHI
à **Trandorffs**
DUCIS FORTISSIMI, &c.
Sistitur
à
POLYANDRO.

LIPSIAE,
Literis RITZSCHIANIS, 1637.

202
15
I
Nihil est præstabilius Viro, quàm pericu-
lis Patriam liberare. beatiq̃ve sunt hi,
quibus ea res honori fuerit.





Paulum sepultæ distat inertia
Celata virtus. Non Ego Te meis
Chartis inornatum sileri
Totve Tuos patiar labores
Impunè inter Nos carpere lividas
Obliviones,

AUGUSTE ADOLPHE!



Siquidem tantus sum, aut tantum
possum; memoriam Virtutis & Labo-
rum Tuorum ab oblivionibus seculi vin-
dicare. Vereor, ut sufficiam livori, & pau-
ciora dicam, aut minùs tersè atq; elegan-
ter, quàm mereris. Itaq; sit memorabi-
lius magnificentiæ tacere, quàm dicere. Veruntamen
affectu solo delectaris, quid à quo effectum sit, non ani-
madvertis. Non tantùm à Veterano, sed etiam Tyrone,
non omnis laudis experte, pateris laudari. Dextram
tuam, quàm hostem feris, & fortes & docti prensant. Æ-
què bonis æquè benignus es, Si qui curiositate me à non
sunt contenti, eos delego fortitudini Tuæ, potenti ut vi-
res frangere, ita malevolentiam jugulare. Sciant inter-
cà, interesse etiam Reipubl. facta Virorum extolli, ut de-
bità commemoratione ignaviam excitemus. Parvos in
reliqvorum foco igniculos licet etiam hoc ventulo lau-
dis animare. Et semper bonæ indolis argumentum fuit
alienas virtutes velle admirari. Quæ quidem in TE jam

sunt, & me afficiunt hoc motu. Quocunqve pondus ha-
rum vergit, eo totus inclino. Ignavum & rude militum
vulgus, ubicunq; onerat terras, quantum odi, tantum
filebo. At Sapientiam & Alacritatem Vestram, cum sit
ingens, idq; suo jure poscat, non possum silere. Non pos-
sum ingratus Civis videri. Pleriqve fabula & querela
Mortalium sunt, inertia pectora, lingua non manu
prompti: Numeri, non fruges tantum, sed populos,
quorum defensores sunt, consumere, tam nati, quam
educati. Nomina Virorum, non Viri, Nec virorum,
sed ferarum. Pacis osiores, belli corruptores. Patriæ tuen-
dæ inane præsidium; ulcera putrida; pestilia carcino-
mata; multos interficere; omnes expilare, spectare pri-
vatas utilitates, turbare publicas pransi ac parati. Infa-
riabilis vorago & barathrum. Non habent plus sapien-
tiæ, quam lapis, nec plus animi, quam lepus. Hos no-
lim dignari uno verbo, quos odit Coelum & Terra. Ve-
rùm Tu Gloria & voluptas Mundi, AUGUSTE, ani-
mosum circa præcordia pectus geris, munitum triplici
ære, Martem vi & manu fugat. Intra se manet, extra se
non quærit se. Non verbis arrogans, sed opere excellen-
tissimum. Sicut illi duces optimi sunt, qui minima di-
cunt, maxima faciunt. Urbes populosq; servas, & quod
majus est viro, præstas. Patriam defendis, nemini vis
nocere, prodesse omnibus cupis. Æs imbelles & fatuum
spernis, nomen immortalitate quæris, quod omni auro
præstantius. Quid æs, quid aurum est? minerale & lu-
tum terræ, sanguis civium, quibus nois pollui & fædari.
Quid verò Nomen, quid Fama est? ipsa vita, vitæ deli-
cium, mortis immortalitas. Hanc omnes viri fortes u-
nicè spectant, beati, si occupant. O GLORIA, absq; te fo-
ret,

ret, non haberemus fortes! Utinam imbiberent dulco-
rem tuum avidius segnes, haberemus plures! Hauris Tu
non invitam, & hoc plenius, quò minor proventus est
taliū. Nam tot Virtutis Tuæ exempla sunt, quæ si vel-
lem commemorare omnia, campos aperirem Martios,
quibus ea ostendisti. Ego verò quietis amans, non ad-
ibo hos, nec sum facundus adeò, quàm Tu es Gloriosus.
Quod vidimus, cui interfuimus, quo fruimur, illud unū
verè & jure deprædicabimus. Nam in uno, quantus Vir
sis, & quantum hominibus cæteris præstes propalàm e-
rit. Mens SERENISSIMI præviderat hostium furo-
res & tumultus adhuc quietem odisse; & titulo solennis
liberationis jura omnia susq; deq; habere, novis odiis
fervere, incursiones & prædas tantum circumferre ani-
mis non humanis. Immemores Christianæ fidei, & in-
nocentiæ nostræ instare, intempestivæ existimationi &
libidini suæ operam dare. Non damna publica, non la-
menta oppressorum, non famæ de decora revocare pos-
se impotentes. Quæcunq; offeras, mercedem belli, vel
indebitam, fidem, gratiam, fastuosè despiciari. In primis
LIPSIAM, cupiditate immodicâ, undè locupletari
possint, habendi, petere. Quare ipse ELECTOR in
Urbe venientem diu expectare, inire consilia maxima,
nihil intermittere, quod salus communis requirebat. In-
struere bellum & pacem, si modò futuri sint, qui pacem
velint. Tunc Urbi non minus atq; Orbi ipsi consulere:
sed tandem, morâ interpositâ, expedire arma, & Tibi
Imperium tradere, Generose explorato, non posse tutius
aut melius alteri tradi. Si nihil præterea effecisses, ma-
gnam decus fuisset, inter paucos haberi optimum, &
præsidium civitati eximiæ imponi. Sed inter hæc vul-

garia non substitisti, majora sunt ipsâ expectatione nostrâ, quæ perfecisti. Adeò nil arduum est, virtuti, nil imperfectum aut inchoatum relinquit. Nempè Opt. Max. & SERENISSIMI ELECTORIS JOHANNIS GEORGII fortunatis auspiciis, graviter obsessam à Sveco LIPSIAM, Generosâ Magnanimitate, incredibili Prudentiâ, Germanâ Fide & Diligentiâ masculè propugnasti. Compendio & simplicitate verborum cumulum laudum tuarum involvo, ne videar concinnis ambagibus adulari. Etenim sic effecisti, quod nemo credidit, contrâ fidem Urbis defendisti Urbem, licèt plus vice simplici hætenus oppugnatam. Magnum opus illud est, posse hostem superare; sed & hostium ac reliquorum fidem vincere, quid hoc est, nisi animis ipsis & famæ publicæ, quæ bella constant, imperare? Rumor deditionem passim vulgabat, ubiq; plorantibus bonis casum tristem Urbis & Academiae optimæ. Nos interim præsentiam Tui, parùm metuebamus, & certi, Te majorem sermone & opinionibus esse, intereà gratias agebamus Exterorum sollicitudini. Erant religiosiores, qui coelestes suppetias per ejusmodi canales fluere subdubitabant. Quasi rerum Moderatorem velint vocare ad telonium, & ibi rationes Ejus examissim putare, quasi fontes benignitatis divinæ possint ipsi aperire & obstruere. Ita curiosa diffidentiam multum peccatur. Ad Te revertor, AUGUSTE. Tu prætereà ostendisti abundè, etiam inter nos fortem Agamemnona & bellicosum Hectorem dari; non adeò sterile virtutum esse nostrum solum, si excolatur: & aliquando non viros pugnaces, sed occasiones pugnandi & justa imperia deesse. Velut præcipiebas Auxilia præsentia, tùm prior fatiga-

cigabas hostem, cum urgerent illa aliò discedere. Ad-
erat quippe ferox, alter Hannibal ad portas. Urbem
hanc dedi, quia sic velit, postulat: Clemens futurus in
deditos, inexorabilis in devictos. Quare, ni fiat deditio,
extrema passuros. Mox abit, redit, instat, sed frustra, er-
gò minari acerbius, indignari gravius, spirare ignes & sa-
xa, circumdare & ferire urbem vehementius, & nihil non
hostile experiri. Quid Tu Fortissime? gaudebas adesse,
in quo triumphare, nobilem adversarium, in quo temet
illustrare ipsum possis, sicut egregius venator

Spumantem optat aprum; -----

ita Generosus Dux severum Bellatorem.

Non mollibus assveta Virtus, sed duris exercita nitescit.
Quare nec morabare pulsantium minas, iras, fulmina,
sed forti responso castigabas: Tuæ Virtuti & fidei hanc
Urbem commissam nolle tradere iniquè poscenti, nisi
per vim raptam. Creditæ, & Tuam salutem pari passu
ambulare: Te aut fidem SERENISSIMO servatu-
rum, aut amissurum hos fortes spiritus. Nisi desinat tu-
multuari & turbare liquidas animas, sensurum graves &
promptas manus. Hostes tum mussitare, & audita con-
ferre expertis, statim capita jungentes sententias roga-
re, de Urbe & Viro tali, qui Victoriæ & prædam inter-
cipere solus audeat. Ampliorem se permisisse capi & re-
gi, ut minores exemplo & autoritate debeant moveri.
Hanc ipsam aperuisse vias, jam intercludi in ipso limine
non debere. Quidvis periclitari jubere fortunam, cujus
nutu & imperio hætenus bella, qualicunqve nomine,
gesserint. Eundem successum conatibus his fore. Opi-
dum inerme, sæpius captum, humilia præsidia, vel pri-
mos impetus sustinere non valere. Capitale esse impo-
sterum

sterunt illi, qui dicat, LIPSIAM à SVECO non ob-
tineri. Ita efferri animo & vanâ fiduciâ, ac quasi fascino
opinionum turgere: tantum fortunam suam in consilio
habere, nec pervidere eandem uno vestigio non stare,
sed animos in errorem & servitutem agere. At TRAN-
DORFFIUS his festinatis occurrere melioribus ausis,
difflare hæc ventosa prudenti spiritu, interea commu-
nire Urbem, cuncta observare, numerare & solari cives;
multum spei restare, si persistant, coelum intendere ju-
stæ tutelæ, omnia prona esse pro fide morituris. Si facti
alacriores adsunt, parent omnes, ad ultimum hoc omi-
ne dimicaturi. Sensit oppugnator, difficiliora indies ob-
jici, ideò spes avaras, quibus suffarcinatas accesserat, vi-
sus fuit abortire. Quare admovit copias propius, quas
credebat vincere posse, si latè campis ostenderet. Hic
neq; arboribus, neq; saxis, neq; ædium substructioni-
bus, nec ipsi Parenti Terræ, quâ cupit humari, pepercit.
sicuti neq; hominibus, neq; animalibus cæteris infuetus
erat parcere. Ut qui animâ carent, vocem mutuari & in
consortium querimoniarum adesse animatis oporteat. Si
quæ prætermittat ipse, nefas putat. Tum suburbia par-
tim spoliat, partim diruit, imprimis in monumentis ster-
nit foeda stabula, fodit humum, lancinat corpus Almæ,
quasi talpa, nisi quod acrius videt. Eandem opplet obice
multo, format stadia, agit cuniculos, supponit pulveres,
quatit crebrò portas & mœnia, ignes & saxa ingentia
ventilat. Crederes Æthnam Lipsiæ incumbere, Vulca-
num deduxisse huc colonias. Etiam Vetustas lapidibus
conterruit obsessos, sed tam lapidosa non fuit. Deuca-
lionis proles hodiè ad ingenium redit, humano abdicato
iterum facta est saxea, nec, quid Tantalò apud Infe-
ros

ros impendeat, aut quid Sisyphus inter Erinnyas volvat,
cogitat. Tandem ubi nequicquam omnia furoris exa-
mina, nam singula represseras, **AUGUSTE**, advocari,
nec urbem coronâ quidem & indagine totam cingi, non
ingressu adventantes, non exitu ingruentes prohiberi
posse; **SERENISSIMUM** subinde polliceri recentia
auxilia, inspirare robur perseverantibus, nostram fidem
& animositatē cōmendari, & propterea augeri videt, ne
longius ipsum facti pudeat, audet seqvi extrema. Crebris
excursionibus, quas faciebas, & multa suorum clade ac-
cendebatur.

Nam magno numero capti, cæsi, profligati sunt promi-
scuè, summi, medioximi, infimi. Statim latebris suis
exierunt, ceciderunt. Quem oculis assequeremur, eun-
dem morti destinavimus. Quare pleriq; in hauriendo
nostro Spiritu læti, ipsi hausti sunt. Prædas agere ge-
stientes, egere animas, postea non decenti sepulturæ
dati, sed ipsis stabulis inclusi, quæ fecerant. Ita mere-
batur inexplebilis habendi, & inexpiabilis nocendi li-
bido. Ipsum belli Ducem Generalem aliquando in vitæ
discrimine hîc fuisse fertur. Tàm facilè qui vehitur
quàm qui vehit, perit. Cum Fata pœnitentiam indul-
gent, Fortuna suis exemplis homines incommodiùs re-
servat. Atq; hæc quidem inter hostes palàm gesta sunt,
cætera ipsos piget loqui. Revertor in urbem. Ducem
non invenio, qui desperet, qui quærat elabendi occasio-
nem, qui velit reconciliari hosti, sed altâ spe plenum,
non titubantem, non trepidantem, non fugientem. Vi-
deres alios pulsare pectus & femur, ac nescio quid par-
turire, imbelles foeminas, cùm virum debent ostende-
re. Ipse præferebas masculâ fronte illud regium: **NEC**

b

SPE

SPE NEC METU. Tui similis apparebas semper,
vigilabas noctes diesque. Quasi in specula circumspicis
altè, circumis muros, ordinas prudenter arma, opera,
viros; loca infirma munis, reparas concussa, obstruis hi-
antia, opples vacua. fossas, palos, clavos acutos, retor-
tos, implexos damna invadentium, ponis. Singulis ho-
ris novam artem docuisti, ut Mars ipse disceret, Quic-
quid tentabatur in hostico, prævidisti omne, quasi insi-
deret oculis Pallas. Non mora suggerebat hæc, sed ipsa
naturalis celeritas. Uno die fecisti Lipsiam munitissi-
mam, adèd ut hinc inde Oppugnator investigaret iter,
quò penetraret, intus subtus, rursum forsum, cessim
recessim, per portas, per terras, per aquas, sed nullum
inveniret. Potuisset alas sumere, aut Saxis obvolvi, & u-
nà intrare. Fecisset, habuisses ipse, quod obtenderes sta-
tim. Vidimus opera, quæ exposuisti, libertate facta, tan-
quam Prudentiæ singularis monumenta. Illa quamdiu
hæc urbs stabit, nomen & decus Tuum loquentur. Nec
potes adhuc cessare; vallum jacis, paras instrumenta,
commeatum, cætera, ut si veniat alius, qui lædat, quod
DEUS avertat, tuta satis inveniat. Exemisti nos com-
munib9 spoliis, vindicasti ab injuria, opprobrium verti-
sti in elogium. Ad quæ sola gloria instigat, non lucrum.
Quantum gratâ celebratione muneramur, sat est. At, in-
quiunt, multa ruunt, si multa tolluntur. Imprimis Aca-
demia quantum detrimenti & ruinæ passa est? Ex rose-
tis Musarum fimeta facta, atria in sterquilinia, tabulata
in foricas versa. Parietes perforati, fenestræ disjectæ, te-
cta nudata, concussa templa, verberatæ turrets & apices.
Jam foedore & imbribus madere omnia, mera vastitas
& solitudo esse. O Academia, cum te aspicio, lachrymas
fua-

fundo! eras ex præcipuis reginis una, corona Germaniæ,
flos & amor noster. Alebas ingenti numero virorum
& Juvenum principes, spes amoenas. Ad te ibant, quasi
ad mercatum doctrinarum, quasi ad Templum Sapien-
tiæ & Bonæ Mentis. Nunc jaces deserta & obruta, mar-
ces vidua; quid enim restat, nisi orbitas & planctus? e-
gent, macent Filii, unde vivant, quærunt, Mater, nihil
habes, nihil sufficis. Tantùm augurare, nisi Optimi
Principes, secundum tetra bella, te & Sorores beni-
gniori sidere afficiant, fore in omni doctrinâ sapientum
sterilitatem, in rubiginem & calamitatem conjici Au-
las, Pulpita, Cathedras. Omnia sublapsa referri in pri-
stinum chaos. O triste augurium! sed Tu præstas cul-
pam, AUGUSTE. Ibi enim occurrendum erat, ubi
imminebat metus Medici quoq; graviores morbos a-
speris remediis curant. Maluisses sanè omnia facta recta
manere, si posses urbem hoc pro lubio tutari. Sed nôras,
publica commoda privatis damnis fermentari sæpè, &
ea munificentia principali posse sanari. Hæc n. sola va-
lebit lenire hæc tanta in nobis vulnera, & luxatos artus
relegare, cæterùm nos impotentiores sumus, Audi Pa-
ter Patriæ & juva, si vis Rempubl. salvam. Tunc verò,
inquit Plato, fore salvam, cum aut Philosophi in eâ sunt,
aut, qui administrant, philosophantur. Benè nos jubes
sperare, Dux, & speramus ipsi, cum nostri causâ vis benè
quod facis. Hoc etiam memini ante extrema, benevo-
lentiam inusitatam, quâ affecisti Cives. Facilis alloquio,
ad misericordiam pronus, maximè sollicitus, ut omnes
salvi forent. Certus, majus esse decus, unum civem ser-
vare, quàm mille perdere. Hinc omnes audire impe-
rium tuum libenter, exequi statim, nemo jussis refraga-

ri, omnes obtemperare strenuè. Inieras concordiam inter inæquales, excitâras alacritatem & lubentiam, res maximas in bello, in quibus felicitas sita est. Robur animi moderatione summâ temperabas. Ergo magis magisq; frangebâs Hostem. Illius miles, quippe famelicus, impatiens moræ, ægrè ferebat, escam non apponi. Hactenus inani spe ductus, postulat promissa confici. Sola **LIPSI A** credebatur suffectura aurum, gemmas, vestes, equos, phaleras, virgines. Quasi Plutonis regia, cum vix sit Charontis cymba, quæ minutulos census capit. Fui-
mus Lipsienses! quare non est, milites, ut propterea infensi simus. Debebatis causam attēdere, non pecuniam. Ita differebatur obsidio, fremente milite, & non paucoredeunte ad priores nostrorum ordines. Moverat proprium damnum, & pertinacia oppidanorum, ut furores ultimos colligeret Hostis, paratus omne virus in nos evomere, non sexui, non ætati, nulli mortalium apud nos parcere. Ad funestam mortem damnare ipsas matres & tenellos infantulos, etiam nondum genitos in incunabulis alvi suffocare. Quare fulminat repentè crudelem in modū, nudat muros, aperit igni viam, disponit signa, ut irruant, ut perdant, ut mactent, jubet. Nos tum cæduæ victimæ trepidare, ejulare, incurvare genua **J E S U**, ab eo Pacem & Opem petere, ei commendare nostram innocentiam, & si tandem deveniendum foret in horrendas manus, hanc etiam precariam vitam. Quam inter suspiria ægrè trahebamus, relicto hoc levamento, pro fide Nos laudabiliter mori, & fore **DEUM** ac **ELECTOREM** paratos intentatæ feritatis vindices. Tum sentiebamus adesse Regios, non Regem. accinebamus in vicem mortualia, qui olim Triumphos Svecorum pangebâ-

gebamus. Sed in Tuâ fortitudine multum spei locare.
Nam stetit fortiter, AUGUSTE ADOLPHE, aut
quod idem est, GUSTAVE ADOLPHE. dixisti ad
tuos: Magno documento expertus virtutem & fidem
sum, milites, vos meam, dignus vobis sum, & me vos e-
stis. Declarate, quales habeat ELECTOR. Estote ex-
emplum strenuorum, pudor ignavorum. Facite, ut ho-
stes intelligant, se homines esse. Nihil extimescite vul-
tus Barbarorum, arma Finnonum hîc sunt, non corpo-
ra. Hostis, quantumcumq; ignavis & timidus videri potest,
nostro pavore, quam sua virtute est felicior. Nihil autem
potest esse diuturnum, cui non subest ratio. Licet felici-
tas aspirare videatur, tamen ad ultimum temeritati non
sufficit. Pugnate Viri, deturbate subeuntes, imitami-
ni meipsum, nam pro Me spondeo quot cicatrices, totidem
corporis decora Effugietis mortem, quando contemni-
tis. Omnes hæc excipere plausu, & in Ducem tam for-
tem oculos figere. Is ante principia erat, nudabat bra-
chia, evaginato in conspectu hostium gladio vibrabat
aëra, ut vel aura cohiberet imminentes. Milites deniq;
impulsi provocare subsistentes, laceessere timidos, tym-
pana pulsare, inflare tubas, quasi ludos aut choréas ha-
putare incursiones: Nulla timoris aut pavoris signa in
nostris erant. Cum multis modis divinos favores expe-
riremur, & tunc eveniret, impetum in hoste langvere,
urbem non audere aggredi, sed, nescio quo fato territum,
certè coactum, habere in animo discessionem. Vis ma-
ior cœli accessit, hæc excussit ferrum implacabile, ade-
mit spes animosq;. Proclive est huic, mortales vincere.
Venerant quidem è longinquo, cum marsupio & saccis,
cum bipennibus & perticis; adduxerant clavas, bajulos,

carros, quibus infringerent conclavia, subveherent re-
culas nostras. Sed jussi à suis sunt recedere, & convasare
alibi furta, hinc conclamatum esse. Miseri prædones vix
adhibere fidem, primùm dari in stuporem, deniq; ina-
nes solum vertere & consumere pudorem. Dicerent cū
Poëta: **Quantum est in rebus inane!**

Plenus sacculus est araneorum.

Tandem noctu accingunt se omnes itineri, interdū
captant, relictis, quæ erant extructa, munimentis o-
mnibus. Itaq; terminant hoc quidem bellū. Sic liberatur
LIPSI A! Sed Carnificina denique incenditur, ne
plures haberemus, quam ipsos carnifices. **Benignissime**
DEUS, habe immortales gratias pro hâc gratia! **Cle-**
mentis. PRINCEPS, habe æternas, pro hâc curâ & hoc
Duce! **Fortissime DUX**, habe ingentes pro tuâ virtute!
Hanc immortalitate & statuis donabunt secula, quæ fu-
tura sunt; præsentia illuc ferunt, ubi nobilis est **LIPSI A.**
Orbe autem universo est. Incertum profectò, an **TU**
LIPSIAM, an **LIPSI A TE** fecerit nobiliorem.
Maçte hoc certamine, & perge **FELICITER!** obtu-
listi de integro **PRIMITIAS** victrices **SERENISSI-**
MO, faxint ceteri, ut plena messis propediem sequa-
tur. Fruere voto exterorum, qui **BEATAM VI-**
TAM apprecantur **LIPSIENSIVM DEFEN-**
SORI. Interea maturate Vos Fortes, qui huc accessi-
stis ad pugnam, non ad prædam. Date hoc victoriæ sa-
crum Manibus Inviçtissimi **FERDINANDI II.** ut, qui
vicistis Hoc vivo, post funera etiã vincatis. Date hoc sce-
ptro **FERDINANDI III.** recenti **IMPERATORI AU-**
GUSTO, & fortunatis initiis Illius dicite vestrum
robur. Adeste **SERENISSIMO ELECTORI JO-**
HAN-

HANNI GEORGIO, nec Hujus spem & justam
Pacem fallite. Hostem illò ducite, ut Pacem velit deni-
que. Haftenus enim videmini, ò **SVECI**, nolle &
adversari Pacem, ac falsis obtentibus profanum belli
nefas palliare. Amabo vos, si **SVECI** estis, amate Pa-
cem! Non populamini terras, non incendite pagos &
oppida, non ut Furiaè infernales inferte flammam, fa-
mem, & pestilentiam; non stupra, non sacrilegia, non
tormenta excogitate & patrare universa. Non sepulchra
effringite, nec diripite sepulcorum ornamenta. Genera
diritatis intermittite, charitatis & fidei sociæ documenta
præbete. Fuiſtis divinæ justitiæ instrumenta, cavete, ne si-
tis exempla. Quid meruimus, quid peccavimus in Vos?
Benedicimus & facimus, quare persequimini Nos?
Vultis meliorem Pacem stabilire, non invidemus; sta-
bilite quamprimum, si potestis. Sed, antea quàm effi-
ciatis, Cives non extinguite, ut partis queant frui. num
novum Orbem condetis? incumbite famæ **GUSTA-
VI MAGNI** Regis vestri, nec Hujus Gloriam obfu-
scate. Moriar centies aut Millies, si **REX** ita fecisset,
quæ Vos fecistis, An hoc est Sangvinem Illius temerare
potius, quàm consecrare? An hoc est Prole Regiam sta-
bili Regno imponere? Posset fieri, quod nunquam fi-
at, vestros fasces & penates tantum in sinu ulcus fovere,
quantum nostris infixistis. Est certè **DEUS**, qui vivit
videtque omnia. Nescimus, quid vesper serus vehat,
Mirabilis ordo seculorum est, variabilis autem maxi-
mè fortuna, cui ne nimium fidatis, ad eliciendam cau-
sæ Justitiam, Vobis persuadere poterit **NORDLINGA**.
Recurrite & redite placabiliores. Vultis Evangelio re-
serare fores? exite ad illos, ubi ostium clauditur. In Sa-
xonia

xonia non retardatur, quare non opus est eam solo
æquare, ut sic currat velocius. Sed ignoscite dicenti;
non malum dicit, qui verum dicit. Unicum oro, red-
dite, quæ meis Civibus & Parentibus abstulistis: illi
Vobis reddent omnia, quæ attulistis, Famem, Pestem,
Mortem. Non ut habeatis, verum ut auferatis.
Sed quorsum me ducit miseria? surdum & mutum facit.
verbum hoc unum relinquit:

V A L E.



1017

20

h. 38, 8.

LIP
SERENI

NOBILI

AUGU

DUO

Lit

RIS

AM

PHI

Yc
4597

